Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26467
Copyright: Admont, Benediktinerstift



135

&uuuificando ineffabiliter benedic quia ea omni be
nedictione celesti accumulat. ita ut sanctificata &
uuuificata & benedicta prestat nobis per eundem secu
partem sanctificantem & uuuificantem & benedicentem
quia nobis de corpore ac sanguine suo dedit tam
salubrem refectionem. Manducent igitur quia manducant.
& bibant quia bibunt. esuriant & sitiant. uitam man
ducent uitam. bibant illud manducare reficere
enim sic reficiuntur ut non deficiat unde reficiuntur.
Illud bibere quod est inuuere. Manduca uitam. bibe
uitam. habebis uitam. & integra est uita. Tecum hoc
erit id est uita unicuique corpus & sanguis xpi. siquidem
in sacramento sumitur in ipsa ueritate spiualiter
manducetur. spiualiter bibatur. Et ipsum igitur & cum ipso &
in ipso est do patri omni in unitate spiritus sancti omnis honor
& gloria. Et ipsum scilicet tanquam puerum mediatorem
dei & hominum hominem ihm xpm. cum ipso tanquam
coequalis cui secum omnis honor & gloria debetur quia
cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse
se equalem do. In ipso autem tanquam uere est sub
stantialis sicut ipse ait ut glorificetur pater in filio.
omnis igitur honor & gloria est do patri per filium. & cum
filio. & in filio in unitate spiritus sancti. Qui ex patre
filioque procedens. unitate ditatus possidet
cum filio. atque ido simul adoratur & eglorificatur.